

Et sanctus Patriarcha: Non te, inquit, dimittam, nisi benedixeris mihi. Itaque non vult eum dimittere, & forte magis, quam Patriarcha id non vult, quia nec pro benedictione quidem. Si quidem ille benedictione accepta dimisit eum; haec autem non sic. Nolo, inquit, benedictionem tuam, sed te. Perpende vltima verba: Nolo benedictionem tuam, sed te.



CAPVT XXVIII

Villicus iniquitatis.

Luc. 16. n. 1. Dicebat autem, & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum, & hic dissipasset bona ipsius.

VERSIONES.

Syriacus. Porrò dixit parabolam ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, & habebat prefectum domus: & delatus est apud eum, vt qui substantiam eius profuderat.

D. Hieron. ep. Qui habebat dispensatorem ad Algas. q. 6. rem

Euthymius. Qui habebat oconomum, & hic delatus est apud illum, vt qui dissiparet bona illius.

Arabicus. Erat ei administrator, & hic diffamatus est quod dissipasset.

Caictanus. Et hic denuntiatus est apud illum, velut dissipans facultates illius.

Arias. Vt dissipans substantias eius.

EXPOSITIO I.

I. Glossa. Connexio cum superioribus. Beda. Hugo.



VIA superbi, & avari Pharisæi, vt ait Glossa, vt penitentibus veniam, ita egentibus eleemosynam negabant; superiori cap. ipsos murmurantes de penitentium receptione tribus parabolis arguit Dominus; nunc verò in hoc cap. duabus parabolis de villico, & auaro Pharisæorum, vt ait Beda, auaritiã damnat, & eleemosynam exhibendam, ac parcimoniam tenendam docet. Et sanè recto ordine, vt ait Cardinalis Hugo. Post penitentiam agit Dominus de eleemolyna: quia per penitentiam est homo sibi propitius; per eleemosynam verò proximo. Ordo autem charitatis requirit: vt quilibet primò se ipsum diligit. Deinde per penitentiam reconciliatur homo cum Deo, & ex inimico fit amicus, quod ante omnia procurandum est. Tan-

Charitas prius de se, quam de alijs agit.

dem. Per penitentiam culpa, per eleemosynam verò relaxatur poena, & homo magis sollicitus fit de abicienda culpa, quam poena, vt multoties late ostendi.

Dicebat autem. Eodem scilicet tempore, parabola, vt addit Syriacus: Ad discipulos suos. Ad auditores, ac sectatores suos, vt ait Titus, qui se eius doctrinæ, ac disciplinæ subiiciebant, licet omnia sua non reliquissent, vt fecerunt Apostoli. Homo quidam erat diues: ponitur in exemplum ad maiorem docendi gratiam. D. Bonauent. Homo iste quidam singularis, & singulariter diues, rectè intelligitur Deus, iuxta illud Rom. 10. n. 12. Idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Ipse enim solus est diues, qui omnia habet, & omnibus abundat, vel vt ait D. Chrysológus ferm. 125. Quis erat homo iste, nisi Christus: Quis diues nisi ipse, qui in paupertate nostra, totas creaturæ diuitias possidebat?

Qui habebat villicum: seu vt alij legunt oconomum, prefectum, ac dispensatorem domus. Hic villicus non erat villa colonus, seu agricola, sed totius substantiæ domus Domini sui, ac proinde villa, seu villarum eius administrator. Per hunc villicum D. Gaudentius lib. ad Gerninum, Diabolum interpretatur; quæ intelligentia non est multum consona ad parabolam, nisi dicatur, quod per Diabolum intelligit hominem iniquum, vt Diaboli membrum. Secundo. Tertullianus lib. de fuga in persecutione. Villicum populum iudaicum, debitores Gentiles esse autumat. Theophylus Antiochenus lib. 3. Allegoriarum, D. Bonauentura, Hugo & alij, per villicum intelligunt Episcopos, ac Prælatos, qui domus Dei curam, ac dispensationem habent, Ecclesiæque sunt administratores. Quarto. D. Ambrosius in comment. D. Chrysostomus in Catech. D. Thomæ, D. Augustinus lib. 2. quæst. Euang. quæst. 34. Beda, Euthymius, Theophylactus, & alij, qui dicunt denotari in villico homines diuites, quibus Deus diuitias in pauperum vsu dispensandas tradidit. Quintò. Plenissimè. D. Antonius Olyssiponensis ferm. 9. post Trinitatem, Carthusianus sub villico quemlibet Christianum intelligunt, cui Deus tradidit multa bona naturæ, & gratiæ, v. g. naturæ corpus, & animam; gratiæ verò fidem, spem, ac charitatem, & alia dona superinfusa, de quorum vsu, administratione, ac dispensatione exactam in iudicio, ac morte rationem exigat. Et hic diffamatus est apud illum. Alij legunt, delatus, seu denuntiatus est, latere crimina diu nequeunt, & licet occultè fiant, fiant, in publicam lucem tamen prodeunt. Quasi dissipasset. Quod dissipasset, seu profunderet bona ipsius. Bona nempe Domini sui ei tradita, epulando, bibendo, ludendo, vel etiam donando.

QVÆSTIO I.

Quare villicus audet dissipare bona domini sui?

VILICVS erat prudens, ac sagaci ingenio præditus. Laudauit Dominus villicum cum iniquitatis, quia prudenter fecisset. Ac proinde manifeste erat ei notum, quod de bonis sibi traditis esset rationem redditurus, quomodo ergo illa audet dissipare?

Respon

2. Syriac. Titus. 3. Quis sit homo diues. Bouauent. Rom. 10. Chrysológus.

3. Quis sit villicus? Gaudent. Tertull. Theophyl. Bonauent. Hugo.

Ambros. Chrysol. August. Beda. Euthym. Theophyl. Anton. Carthuf.

4. Difficultas quæstionis.

5. Cassian.

Ex diuitijs perditiones, & ruina.

Psal. 61. Hieron.

Basil.

6.

Ecclesiast. 2.

Diuitia in luxum ac delicias deducunt. Nyssen.

Nemo suis opibus contentus.

7.

Num 34.

Abulens.

8.

Ob lucrum omne damnatum contemnitur.

9.

Respondet primò. Simon Cassian. lib. 6. c. 13. Diuitia non solum, ait, possidenti, sed etiam dispensatori facta sunt causa peccati, vt raro, & difficilius sit possidere diuitias, quin inducant in animum pericula conuictiores. Valde annexum est diuitijs, vt ipsæ animabus damna inferant, ita vt non solum eorum Dominus periclitetur, sed etiam seruus eorum administrator, eas manibus conatretans in damnationem veniat. Diuitia si efficiant, nolite cor apponere. Psalm. 61. num. 11. Se u vt legit D. Hieron. Si fluxerint. Siue possidendo, siue administrando, ne apponatis cor, animum, seu iudicium, vt multi explicant, cauendus est enim interitus ab eis, quod cum admiratione admonet. D. Basil. ex ipsa voce, qua vitur Psalmista. Affluent, quia ipsa diuitia, tanquam torrens prærapidus, suos possessores præoccupant, & in abyssum, ac interitum pertrahunt.

Secundò. Villicus cum habuisset bona Domini sui sub sua potestate. Statim in mollem luxum, delicias, ac voluptates se tradidit, ad has enim diuitiæ animos hominum ducunt, & impellunt. Ait Ecclesiastes 2. num. 8. Coaceruaui mihi argentum, & aurum, & substantias regum, ac prouinciarum: feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum. Cum impletus fuerit auto, & argento, quid inde secutum est, fecit mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum. D. Gregor. Nyssen. ibi ait. Auri, & argenti copia addit turpitudinem, que morbum, qui prius inuaserat, solet deinde consequi. Feci, inquit, cantores, & cantatrices, qua conuoriorum sunt delicia. Sufficit mentio nominum ad describendum vitium, ad quod etiam munit morbus qui oritur ex copia pecunie. O improbum, & importunum artificum, quam densum acuatim immittit voluptatum fluentium. Expende Verbum, ex copia auri, & argenti, morbus turpitudinis solet inde consequi. Consequentia diuitiarum, est morum turpitudine.

Tertiò. Villicus suo stipendio assignato à Domino non erat contentus, sed multa maiora ambiens magnam depopulationem, ac deaustitatem in villis, prædijs, ac bonis Domini sui intulit. Hæc est misera conditio humana, vt nemo sua forte contentus viuat. Valde expresse tetæ promissionis præscribit Dominus terminos, ac situs à solis ortu ad occasum vsque, & ab Auliro ad Aquilonem. Num. 34. num. 3. & 12. Sub dicitur. Hanc habebitis terram per fines suos in circuitu. Cur tam accurate illius tetæ termini constituantur? Cum homo sit valde rerum auidus, & situm suis rebus non explet, sed eas, quas oculus videt animus concupiscit, ne gens Hebræa in alienos fines manus porrigeret, prouincia occupandæ terminos præficeret Deus. Abulens. quæst. 12. ad 2. Reg. cap. 8. Posuit fines, ait, vt Israëlita essent contenti illa possessione, & non contenderent illi terram alienam.

Quartò. Dissipabat villicus bona sui heri. Quomodo non timet, qui Dominus suus hoc cognosceret, & ob bona perdita poenam illi infligeret, & cuncta præsoluere faciat? Tanto appetitu ferebatur homo ad bona comparanda, quod pro illis acquirendis omne damnatum parum, aut nihil reputabat.

Per decem vices viderunt Ægyptij Dei potentiam se ipsos affligentem, vt filios Israël dimitterent; tandem tantis signis compulsi eos abire permittunt; Cùmque virga Moyfis mirabili Dei potentia mare esset diuisum, per medium ficci

maris ingressi sunt filij Israël. Persequentur Ægyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis. Exod. 14. num. 23. Quomodo audent Ægyptij per medium maris diuisi incedere, nonne larga experientia instructi erant, quod signa, & prodigia, quæ fiebant in gratiam, & fauorem Israël cedent, ita vt ab eis Israël nullam acciperet vexationem, sed totum damnatum, ac nocuum vertebatur in Ægyptios? Peste, pluvia, ac grandine opprimuntur Ægyptij. Tantum in terra Gessen, ubi erant filij Israël, grando non cecidit. Exod. 9. num. 26. Tenebræ horribiles occupant Ægyptios, ita vt nemo videret fratrem suum. Vbi cumq; habitant filij Israël lux erat. Exod. 10. num. 23. Et sic in alijs. Quomodo autem tanta experientia edocti Ægyptij non intelligunt, quod mare Israëlitis diuiditur, & transeant, ipsis autem aperietur, vt demersi pereant in profundo? Filij Israël in Ægypto faciebant lateres ad construendas ciuitates, & domos. Edificauerunt vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phison, & Rameses. Exod. 1. num. 11. Cùm enim Ægyptij spectarent suum lucrum ex Israëlitis, vt conderent domos suas non cogitant damnum, ac nocuum obiectum, sed illud parui pendunt, non recusantes se omni discrimini dare, ne minimum, vilissimumue lucrum abiciant à manibus, Et inde parui faciebant monita Moylis de exitu populi. D. Chrysoft. homil. 76. in Matth. Ægyptij. Moyse facientia signa, vt lutum solummodo, & lateres haberent non auscultantur.

Cùm D. Paulus esset Philippis illustri Macedonia ciuitate. Factum est autem eum ibi nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum Pythonem obuare nobis, que quæstum magnum præstabat Dominis suis diuinando. Actor. 16. n. 16. Habentem spiritum Pythonem. Legit Syriacus. Spiritum diuinationis. Id est Dæmonem familiarum, vt explicant Caietan. Hugo. Lytan. & alij, vt iam alibi notauit. Paulus commotus miseratione. Super mulierem spiritum dæmoniacum ab ea eiecit. Videntes Domini eius apprehendentes Paulum, & Silam perduxerunt in forum ad principes, ibidem. num. 19. & magnam querimoniam contra Apostolicos viros pettendunt, in multis que eos accusant. Cur ob magnum beneficium puellæ à Dæmone liberatæ exardescunt in Apostolos? Textus assignat rationem. Videntes autem Domini eius, scilicet puellæ, quia exiuit spes quæstus eorum, ibidem. Nam puella cum Dæmone, Quæstum magnum præstabat Dominis suis diuinando. Cùm autem eiecto Dæmone lucrum ex diuinatione cessasset, exinde magna ira contra Apostolum commouentur, potius enim volebant cum pecunia dæmonem in domo sua habitare, quam absque lucro sine Dæmone degere, ac viuere. Vnde exclamat D. Chrysoftomus O Paganorum inhumanitatem, vt augeant pecuniam, puellam à Dæmone vexari nolunt.

QVÆSTIO II.

Quare non dicitur absolute, quod villicus dissipauerit, sed tantum quod quasi dissipauerit?

DIFFAMATVS est villicus quasi dissipasset bona Domini sui, quasi dissipasset, id est

Exod. 14.

Exod. 9.

Exod. 10.

Exod. 1. Ob lucrum omne discrimen contemnitur.

Chrysoft.

10.

Actor. 16. Syriacus. Caietan. Lytan.

Lucrum etiam cum dæmone homines non recusant.

Chrysoft.

11.

